



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 118. Et tu de illis es. v. 58.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

§. 118. Et tu de illis es. v. 58.

Si astutus fuisset Petrus, ut filii hujus saeculi, quæsisset utique ex ini-  
stro, hoc sciscitatore vicissim, de quibus de sedetibus: utiq., nam hoc video. De male  
agentibus: id tu, si vir es; proba; & credam. Talia poterat isti homini oggeret  
Petrus; sed simplex erat, nondum noverat pescator nuper & proxime dis-  
cipulus Christi modis eludendi scrutatores inimicos, posthac semel do-  
ctus experientia melius providebit & sibi & suo gregi.

**V**ere Domine, verum est verbum tuum; quod filii hujus saeculi sint in  
generatione sua prudentiores filiis lucis; illi tamen dextrè eludere  
tuus discipulus, & quidem princeps. Ecce quam est penè idiorum: sed haec est  
laus tuæ disciplinæ: ut sint discipuli tui simplices ut columbae, utinam  
iam sint prudentes uti serpentes, nam hoc særissime eis deest, quoties enim  
non decipiuntur ab hereticis! plena sunt Acta publica, & historiæ Eccles-  
iasticæ.

§. 119. Petrus vero ait: o homo non sum. v. 58.

Iam incusavi simplicitatem nimiam Petri: nunc duplicitatem dan-  
no. Ecce enim in mente sua, ait sum Christi, & ore dicit Non sum ego Chri-  
sti, ista, o Petre, non est simplicitas, sed duplicitas, si aliud mente sentimus  
aliud ei, quod in mente est contrarium profitemur. Non est hoc dogma  
scholæ Christi, ista docet si mente est, sic in ore est, & si in mente est Non  
sit in ore quoque Non. Deus meus, quantum in hoc genere hodieque pe-  
ccatur! ubi enim est puer, terè loqui potens, qui non penè in horas singu-  
las mentiatur; nisi providâ parentum curâ pusillus aliter instruatur.

**O** Parentes, O Magistri, obsecro vos per Christum intendite omni vi-  
ut mendacii verba dedoceatis vobis commissos: si veritatem dixerint  
confidentes, nolite de eis lumere pœnas ob ullum delictum, sed soluam-  
fligite mentientes. Ista methodo, docebitis veritatem loqui, sed alter pô  
dolor facit imprudentia humana, mentientes absoluunt, confidentes pu-  
niunt. Hoc vero est docere & cogere ad peccatum.

§. 120. Et intervallo facto quasi hora unius, aliud quidam affirmabat, dicum; vñ  
& hic cum illo erat. v. 59.

Quid de Petro anaplius cogitem, vel dicam, via suppetit, nisi ut pre-  
fundius in eo contempler omnium hominum communem miseriam, iu-  
firmitatem, infelicitatem, pronitatem ad culpam, ægrimoniam ad iusti-  
tiam; & tantam quidem, ut non mirer fuisse Theologos, qui hanc consi-  
derantes, vix humano arbitrio reliquerint aliquam vim ad bonum opus  
sed